



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti**

**Sá, Manuel de**

**Coloniae, 1610**

Testis

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

municari potest. *Nau. conf. 9. de empt. & vend. l. 3. n. 6. Couar. in c. si heredes. de testa.*

Iusta lex ferri potest, quæ filios, inuitis parentibus, sine causa matrimonia celebrantes hæreditate priuet. *Sot. d. 29. q. 1. artic. 4. vide Nau. c. 14. Mol. d. 176. nu. 15. & c. 26. n. 35. Cord. q. 171. Salon l. c. pag. 158. Alij concedentes filios sic contrahentes mortiferè peccare, negant, posse exhæredari, Cou. in 4. decre. p. 2. c. 3. §. 8. nu. 5. Panor. Fely. Alex. Dec. Palud. 4. d. 28. q. 2. Syl. lex q. 15. Veracrux in spec. coniug. p. 3. ar. 20. Vide Sanchez lib. 4. d. 24. Mol. & Salon l. c. Cord. q. 17. Lopez p. 1. c. 54.*

Synodus Trid. sess. 24. c. 9. de reform. anathematizat impediētes, ne liberè matrimonia contrahantur.

*Testis, vide Fœmina, Iudiciales actus.*

1. **T**Esti vni in re magni momenti, si est fide dignus, potes quidem credere, sed nō teneris. Aliquando tamen vnus testis probat, vt cum nulli sit præiudicium, vt quod quis sit baptizatus, quod Ecclesia consecrata; vel cum impediendum peccatum, vt matrimonij illiciti; vel de consensu partium, vel cum quis dicit se confessum, vel de eius licentia Cōfessor pœnitentem esse emendatum, &c.

\*De testibus multa *Bannes ad 2. 2. q. 7. art. 1. 2. 3. Salon ibid. Sot. l. 5. q. 7. Val. t. 3. d. 5. q. 14. D. Thom. 2. 2. q. 70.*

Quædam



Quædam *Nau. c. 25. à n. 40. P. N. l. 2. c. 3. num.*  
250. *Tol. l. 5. c. 59.*

\*Vide *Salon l. c. controu. 1. Syl. Testis nu. 5. sin-*  
*gulares testes in iudicio non faciunt fidem*  
*Sot. l. c. art. 2. Syl. l. c. n. 3.*

Aliquando  $\zeta$  vide *Bannes l. c. art. 2.*

Vel cum  $\zeta$  Testis vnus integer, vel fama  
sufficit ad impediendum nondum contractū  
matrimonium, *Couar. in 4. decret. p. 2. c. 6. n. 20.*  
& qui nouit occultum contrahendi matri-  
monij impedimētum, licet sit ex occulto sce-  
lere contrahere cupientis, & probari nequeat,  
tenetur id Iudici denuntiare, *Couar. ibidem.*

2 Nulli testi in iudicio creditur non iurato,  
creditur autem duobus contra quemcunque.

\*Vide *Bannes l. c.*

3 Duo testes suppleunt vicem vnius, quantē-  
cunque auctoritatis.

4 Testis regulariter non potest esse seruus,  
mulier in criminalibus præter Simoniam, aut  
testamentis, impubes, minor viginti annis in  
criminalibus, infamis, infidelis contra fidelē,  
nisi in hæresis crimine, cognatus ascendens,  
vel descendens per lineam rectam, familiaris  
ve actoris inimicus, amicus, laicus in crimine  
contra Clericum, socius criminis, perseverans  
in crimine, ignotus.

\*Vide *Syl. testes, n. 1. Val. t. 3. d. 5. q. 14. p. 3.*

Ascendens  $\zeta$  *Bannes l. c. art. 2. col. 8. nisi com-*  
mune bonum periclitetur, vt in crimine hæ-  
resis,



testis, & læsæ maiestatis: nam tunc, si testes desint, compelli possunt. *Salon l.c. controu. 2. conclus. 3.*

5 Testes singulares deponentes super diuersis factis, regulariter non probant.

\**Vide syl.l.c.nu.3. Sot.l.c.art.2.*

6 Cum testes sunt pares, fauendum reo, nisi in matrimonio, libertate, dote, testamento, &c.

\*Cum iura partium obscura sunt fauendum est reo, *Ban.l.c.col.9. Salon l.1.art.2.concl.3 Sot.l.c.art.2.col penult.*

Addit. } Qui falso testimonio coniecit aliquē in vita discrimen, tenetur, cum suæ vitæ discrimine dicta reuocare, si sit profuturus. *Nau.c.15.nu.17. Lopez p.1.c.116.concl.3 Sot.l.4.q.6.art.5.ad 4. Med.c.de rest.q.3.caus.4.ad quartū, Caiet.2.2.q.70.art.4. Couar.Reg.Peccatum 1.p.6.3.n.6.P.N.l.2.c.3.n.251.*

#### THESAURVS.

1. **T**hesaurus est pecunia deposita à tempore immemorabili, estque reperientis. Quod si in loco alieno reperit casu, dimidium dabit domino loci: quod si duo sint domini, vt cum alter est proprietarius, alter vtilis, inter illos diuidet illud dimidium; & si ager est dotalis vxori dabitur, non viro: si aut de industria reperit, siquidem domino consentiente, totum habebit; quod si illo ignorante, aut contradicente, totum ei dabit: quod si duorum do-